

150 Ottonis Tachenij
industriæ profectò quàm pluri-
mum debeo & gratiam habeo.

*Ad quar-
tan. puluis.*

Huius studij ope etiã com-
positum puluerem inueni, qui
chinellæ vires si non superat, sal-
tem ei æquiualeat in quartana;
quod testantur, qui hunc sub sa-
nitatis signo emerunt, & in vsum
adhibuerunt.

*Spiritualis plantarum repræ-
sentatio.*

C A P V T X X.

Cap. 23.

EX dictis & ostensis emergit
fundamentum, quo proce-
dere debeat plantarum spiri-
tualis regeneratio, de qua Quer-
cetanus a in libello contra Ano-
nymum; quamque se vidisse ait
apud medicum quendam Craco-
uiensem, qui adedò eleganter ci-
neres cuiusvis plantæ apparare
nouerat, earumque spiritus om-
nium facultatum autores exacti-
ssime conseruare, quarum supra
triginta vasculis diuersis vitreis

Hippocrates Chymicus. 151
 hermetico sigillo obsignatis ha-
 bebat, ut si quis rogaret, sibi
 rosam aut calendulam demonstra-
 ri: tunc cinerem illius cum vascu-
 lo, cuius speciem esset editurus,
 vasculo rosæ titulo insignito, va-
 sis fundum lucernæ admouit, ut
 aliquantulum intepesceret; tunc
 tenuissimus ac impalpabilis ille
 cinis, ex se apertam rosæ speciem
 emittebat, quam sensim cresce-
 re, vegetari, ac formam penitus
 rotius rosæ floridæ, umbram ac fi-
 guram exprimere videbat. Hæc
 autem umbratilis figura, vase
 ab igne remoto; rursus in suos ci-
 neres labebatur: Hoc arcanum
 summo studio perquisivi nunquam
 tamen assequi potui. Hæc ille.

Hippocratico Philosopho, hæc
 plantarum spiritualis resuscitatio
 non vsquè ad eò difficilis videtur,
 præsertim quando non violento,
 sed molli igne procedit, naturam
 imitando, ut docet Magister. Mo-
 dum excogitavi, quem tamen ha-
 ctenus experientiâ nondum con-
 firmare, propter huius loci ad-

*Vulgus cre-
 mat per i-
 gnem, Hip-
 pocraticus
 per aquam.*

hoc studium incommoditatem
potui, hunc curiosis hinc exponam.

Ostendi ex Hippocrate ad oculum ACIDVM & ALCALI architectonica naturæ instrumenta, omnibus sublunaribus inesse: hæc cum artifice non subiacent, sed solius naturæ regimini; tunc istud subiectum crescit & vegetat, ut testatur abiectissimus silex, de quo suo loco dixi. Si itaque crescit & vegetat; necesse est ut acidum & alcali habeat quoddam, a quod operationes ad suos fines dirigat. RECTOREM voco alibi, hunc tu voca ut lubet, modo rem percipiamus, propter verba enim nemini litem mouebo. Hæc tria, Hermes antiquissimus Philosophus vocauit corpus, spiritum & animam, adeoque tria hæc latent in terreno illo domicilio, quod figuram seminis nobis repræsentat.

Huius seminis, ex. gr. papaueris, flore pleno colligatur libra semis, Cælo sereno; quod

*à spiritum
esse vincu-
tum coniun-
gens, animã
cũ corpore
alibj ostendi.*

*Naturam
in omni rei
similem do-
cuerunt
Hermes,
Pythagoras
& postea
Hippocr.*

Hippocrates Chymicus. 153

temperato loco conseruari debet
in futurum ver : tunc vesperi
obseruanda Cœli claritas, quæ
promittit serenam noctem, in
qua semen exponendum est lar-
ga vitrea, elato ore tabula, ne
decidere possit, & locanda in
pratam aut hortum variarum
florum & herbarum feracem,
(nisi enim terra fuerit fertilis,
sterilem colliges rorem) ma-
nè ante solis ortum, rore madi-
dum semen, curiosè de tabula
vitrea demere, & in phiolam
huic rei aptam *a* osculo cerâ be-
ne obsignato seruare debes, ne
ios expiret, qui adèd leuis est à
spiritibus (quos occultè acidos
& volatiles sequenti capite, imo
occultum vitæ cibum *b* osten-
dam) quibus in aere imprægna-
tus, vt cum inclusus in oui testa
fuerit, & appositus hasta *c* obli-
què posita, tunc ouum à solis
calore eleuatur ad summitatem
hastæ, vt docet Hildebrandus *d*,
sed à semine absorbeatur. Dein-
de rursùs serenâ nocte, tabulam

a Vascu-
cula fue-
runt, inquit
Quercet.

b Cum
Cosmopo-
lita.

c Qua vt
opinor non
rotunda
esse debet.

d. In Ma-
gia natura-
li.

cum seminibus, sereno exponere
 debes, in dictum pratum ut ro-
 rem hauriat, quem iterum ante
 solis ortum in phiolam dictam
 obfignabis ne fugiat; sic semina
 paulatim à rore hausto turgere
 incipient, acidum & alcali à ro-
 re & superum influxu vires ac-
 quirunt, quæ Rector dirigere
 incipiet; sic expositio & reposi-
 tio, tam diu repetantur, donec
 germinationis & vitalitatis signa
 edant.

Interim dum hæc fiunt, oportet
 in eodem prato, cum mundis
 linteis, ligneis baculis expansis
 rorem colligere, hunc in vase
 vitreo optimè clauso custodire,
 qui dum quiescit, deponit suas
 fæces (à pulvisculo per aera vo-
 litante;) huius puri roris, tan-
 tum superfunde seminibus, ut di-
 gitum transversum, plus minus
 ferè superemineat, & sic collo-
 cata in balneum vaporosum
 (Raimundus enim docet *a illud*
quod facit natura, Solis & Stel-
larum calore; hoc idem facit per

a In Testa-
mento c. 24.

Hippocrates Chymicus. 155
calorem ignis, dum taliter tem-
peretur, ut non superet virtutem
motiuam & informatiuam, quæ
est in materia influxa de super)
clauso phiolæ osculo, cum li-
quato sulphure: acidum & alca-
li in humido & calido, tunc in
inuicem agere incipiunt, libe-
rabunturq; à terreo seminis cor-
pore, quo inclusa, & dierum
curriculo hæc naturalis compo-
sitiō in summitate viridescet, si-
cut aquis stagnantibus, per
æstatis calorem ambientem, &
in umbra latentibus, contingit;
sub viridi ista pelle perficitur tunc
facultatum unio, quas volatiles,
vnà cum Rectore ab acido inse-
parabilis (per se mori nesciens
a) ostendi; quam unionem, con-
fermentationem appellare licet.

Domicilium vel seminis cor-
pus, mortua substantia erit, quæ
viriditatem, id est fermentatio-
nis bullas, cum liquore superfluo,
in sex dierum cursu absorbet,
ut vidimus in stagnis viridè efflo-
rescentibus, vertiturque paula-

a Ut docet
Hipp. lib. i.
de diæta.

tim in puluerem subtilissimam cineri similem, quando maturitatem acquisiuit.

Hoc vasculum cum intepuerit, vt vidit Quercetanus, sine dubio roris leuitas confermentata cum Rectore & facultatibus seminum, eleuabit papaueris iconem.

Vasis osculum, si vitro liquidum fuerit, nunquam periturum existimo: vt & quod practica, de verbo ad verbum speculationem non sequatur; ob id requiro solettem & ingeniosum experimentatorem. Haectenus, vt dixi, mihi periculum faciendi locus commodus Venetijs non est, neque erit, propter defectum fecundi & puri roris, qui turbatur ab hali nitro *a* indefinenter hic spirante, vt muti omnium ædium testantur; cui & ipsi rores, quatenus etiam subtilis exhalatio, vt Aristoteles docet *b* & propria experientia confirmat, commiscantur, mixtique recidunt.

Huiusmodi

a Hali nitrum fit ab exhalatione putrida urinae, & varijs commixtis, sibi amplexis.

b Lib. 1. meteororum.

Hippocrates Chymicus. 157

Huiusmodi umbratilis rerum
regeneratio à Paracelso, in na-
turali Hippocratica doctrina il-
luminato, sub Homunculi ge-
neratione occultata fuit; quem
quidam medicinæ Sarrapæ, hu-
ius doctrinæ ignari, secundum a Senner-
rus de con-
sensu edif.
c. 4. litteram intellexerunt, atque
virum, ut impium, in exilium
proscripserunt.

Addo quod in vniversa Philo-
sophantium schola, etiam cum
magno labore, nihil reperiatur,
quod mysterium resurrectionis,
nobis ad oculum clariùs demon-
strare posset, quàm hæc naturæ
propria instrumenta, ab Hip-
pocratico suis à quisquilijs mun-
data, atque recõiuncta, reuñita
& regenerata: si mysterium hu-
iusmodi esset per naturalia de-
monstrabile.

